


# HIEROGLYPHICA, SIVE DE SACRIS AEGY- PTIORVM, ALIARVMQVE GENTIVM literis Commentarij IOANNIS PIERII Vale- tiani Bolzanij Bellunensis,

ACCVLIO AVGVSTINO Curiione duobus Libris aucti, &  
multis imaginibus illustrati.

## LECTORI.

Habens in hisce Commentariis nos solum variarum lystrierum, nam smaragdum, veterisq[ue] in-  
scriptionum explicationem, veram etiam preter Aegyptiacas & alias plures mysticas, tum loco-  
rum communiorum et recentium magna cum obiectatione fidiam: tum sacram litterarum, in qua-  
bus h[ab]entur & Crostium opam, & Apollinis Prophetae, lucis uero di locutionibus Iesu p[re]f-  
fe vidimus, exquisitam interpretationem: ut saepe non trumper Pythagoram, Platonem, alioq[ue]  
sempit[er]os viros ad Aegyptias doctrinam grata prefelles intelligas: quippe cum hieroglyphice us-  
quid[em] adhuc sit, quidam diciturum humanitatem, reverentiam aperte. Vide,  
& hoc per scandi iam per Tertium oblate beneficio feliciter fruere.



BASILEAE,  
PER THOMAM GVARINVM, M. D. LXXV.



R. 3546

A nia & effera loca prosectori erant, sed ad urbem orbis terrarum dominū, amce-  
no loco sitam, vbi rerum deliciarumq; omniū quoiquot vel audiſſimi cuiusc  
cupiditate experti posint, copia fertiliſſima redundant. Ibi esse Principem, cui  
totus perē terrarū orbis alligeret; apud quem is in deliciis habendus erit, &  
tanquam Luscinis pullus, lauitiarum blanditiarumq; affluentia nutricandus;  
proinde bono animo erit, secunq; primo quoq; tempore letus & alacer nauic  
incederet, affuturos nauigationi Deos, & cursum omnem incredibilis felicitas  
prosecuturos. Ita Hannonem ab eodem magistro in aliam sententiam dedu-  
ctum, vbi signa data sunt, vltro nauem conſcendisse, neq; villa vñquam imperia  
toto itinere detrectasse.

## DE RHINOCERONTE.

**Q**ui Rhinoceronta in Domitianū numis inspexerū, quid id ſignū ſi. **Rhinocer-**  
bi velit, queritare ſolent. Ego factū id ad Principis adulatioñem dī.  
xerim, qui animalia huiusmodi ſpectaculis obtulerit, cuiusmodi mu-  
nus illud fuit, quod à Valerio Martiale celebratur:

B Præſtit exhibitus tota tibi Cæſar arena,  
Que non promiſit prelia Rhinoceros.  
O quam terribiles exauit pronus in ira,  
Quantus erat cornu, cui pila Tauri erat.

S Vnt enim qui lentitudinē irascendi, ac mul-  
tum mox adhibitū modum excandescen-  
tiae, per huius animalis hieroglyphicū intelli-  
gant. Nam in eo conueniant autores, magna  
id indigere irritationē: fed vbi iraci cceperit,  
effe ferociſſimū, quod & altero Martialis ex-  
predit epigrammate:

Solicuant penates domi Rhinoceronta magistri,  
Sic diu magne colligit ira fera.  
Delberabantur primi ſo prælia Marinū,  
Sed tamea ſi redit cognitū autē furor.

C Nunc grauen genuso cornu ſic excutit: trifta,  
Illaſt ut impoſita tauris in allra piles.

S Vnt qui volentes potentiē aliquem regē  
Imbecillioris alicuius artibus vexatū intel-  
ligere, elephantū pingunt in certamen à Rhinoceronte lacessitū. Nascitur hic ſiquidem na-  
tura hostis elephanto, longitudine ei perē pa-  
ri, fed cruribus multo breviribus, colore hu-  
xeo, ut Plinius. Cornua ſic ad faxa limato ſe pu-  
gnat, quam eſſe molliorem intelligit, eaq; per  
folla actutum ſuperat elephantum.

## R O B V S T Y S.

S Anē fortem atq; robustū Diuinā literā, vt Eucherius tradit, per Rhinocer-  
ontis imaginem accipiunt, illudq; lobis ex Hebreo fertur: Nunquid vult  
rhinoceros ſeruire tibi? Terribilis, ait is, ſera rhinoceros, cui gemina in naribus  
cornua; atq; ita in Domitianū numis obſeruauiimus, in quibus Rhinoceros ip-

IRACUNDIA EX TAR.  
circus ferocies.REX POTENS IMBECIL-  
litas ſeruio petuia.

## Pierii Val. Rhinoceros.

Etatur natus gemino cornu insignis, qualem celebrat Martialis. Præterea qui D  
nuper allatus est ex India inferiori ad Lusitanæ regem, cuius imaginæ ad Leo-  
nem X. P. M. transmissam vidimus, unum quidem in nare cornu habet, alterum  
superè pronumpit, non adeò magnum, sed præualidum esse Lusitani omnes,  
qui animal viderunt, attestantur. At longè curiosius hoc videndum: in Diuinis si-  
quidem literis ~~μονοκέρων~~, & ~~ενικόρην~~, Vnicornē scilicet & Naricornē pleriq[ue] lo-  
cis consulis accepimus suisse, nimirū à nouis & veteribus Theologis, qui cùm  
historiæ ignorarent, duo hæc unum eundemq[ue] esse crediderunt, ita ubiq[ue] ab aliis  
vnicornē, ab aliis naricornē uno eodemq[ue] loco positū inuenias. Id quod ac-  
cidisse puto, quod, vt diximus, pleriq[ue] horū idem esse animal arbitrat[ur] sunt Rhi-  
noceronta & Monoceronta, cùm alioqui longè cliverfa sint, separatisq[ue] à Pli-  
nio vtruncq[ue] positum, qui libro octauo. capite post vigesimum primo, Monoce-  
rotam aspergitam ait ferā, reliquo corpore equo similem, capite ceruino, pedi-  
bus elephanto similis, cauda apro, mugitu graui, uno cornu nigro media frōte  
cubitorum dulium erinente. Quæ quidem descriptio eum signat, quem vulgus  
Halicornū vocat, quem aiunt pudicitie ita aruantem esse, vt nō nisi puellæ vir-  
ginis ope capi possit, quæ venatores ibi statuerint sedentem quod animal id po-  
tum pabulatum se conferre animaduertenterint. Accurrere enim vnicornem ad  
puellam huiuscmodi, inclinatumq[ue] caput in eius gremiu[m] collocare, altissimoq[ue]  
mox occupari somno: signoq[ue] venatoriis ab puella dato approparet eos, & le-  
ram nullo negotio capere, atq[ue] hoc vnius tantu[m] cornu premio, quod contra ve-  
nena pollere predicant: ramenta quippe eius efficacissimè sanare, & toris stratis  
partem eius impositam, si quid veneno vitiatum apponatur, sudorem emittere.  
Rhinoceronta verò eodē libro Plinius capite x x. ponit, qui cornu nō in fron-  
te habeat, sed in naribus: alterum cùm à Dracone hostē genitum elephanto, &  
quæ superius allata sunt de vtriusq[ue] pugna. Sanè alibi in Diuinis literis Rhin-  
oceronta hieroglyphicū esse fortis & robusti viri, vt superius dictum nota Eu-  
cherius citato ex Iobe loco: Nūquid volet Rhinoceros seruire tibi? Et apud Ba-  
laam scriptum inuenias, Cuius fortitudo quasi Rhinocerōtis, vt Latinæ pleriq[ue]  
omnes habent interpretationes, quamvis Sanctæ vnicornis reddiderit. Igitur  
si quid ariolandum, cùm Psalmo hoc vigesimo primo comparatio referatur ad  
animalia robustissima & indomita, diuinumq[ue] auxilium contra corū imperum F  
atq[ue] vim implore, quippe vt Chaldae & Arabes exposuerūt. Salua me à feroci-  
ti fortissimo sicut leone, & à rege poscite, cuius potētia sit sicut Naricornis, eisq[ue]  
pleriq[ue] lectionē probent, non dubitarim afferere loco hoc Rhinocerontis le-  
ge. Vbi verò Psalmo x x viii mentio fit amabilioris animalis, dicatur quippe  
Sarion apud Hebreos, quod Greci reddidérē ~~ταῦλον~~ & ~~ενικόρην~~, Latinī  
verbum verbo reddētes, dilectus quemadmodū filius Vnicornium: vetus etiā  
traductio Vnicornū habeat, nulli dubiū esse crediderim, quin castior istius lo-  
cūlectio sit ~~υνικόρης~~. Atq[ue] hæc, mi Domine, sunt quæ super Elephanto, qui Rhi-  
noceronta secum traxit, colligere per occupationes licuit. Tu qui ætate omnē,  
horasq[ue] omnes absiduæ lectioni soles impendere, longè illistriora reconditio-  
raq[ue] forsitan inuenieris, quæ si ad manus meas peruenire nō potuerūt indulgen-  
dum est mihi: non enim ignarus es quantum mihi Principū obsequia, negotio-  
rumq[ue] turbationes de studiis literarum subirahant, crebrisq[ue] me interpellatio-  
nibus auocent. Quare tu atq[ue] alij, qui vita meæ rationem inipicatis, mihi etote  
æquiores, cùm præsertim admoneat Maro, neminem esse qui possit omnia.

AD